

ROBERTI
 ARNESII DE NOR-
 MANVILLA DE IVSTITIA DI-
 VINA ET HVMANA VTRIVSQUE O-
 rigine ac progressu, virtute & lau-
 dibus Iustitiæ & legum omni-
 um mundi
 LIBER.



PARISIIS,
 Apud Andream Wechelum, sub Pegaso, in
 vico Bellouaco: Anno Salutis,
 1560.



ROBERTI
ARNESTI DE NOR
MANNIAE DE IUSTITIA
VITA ET MORIBUS



PARISIIS
Apud Andream Wechelum Bibliopolem
vicum S. Iacobi
1703

FRANCISCO VA-
LESIO, CHRISTIANISSI-
MO GALLIÆ REGI ROBERTVS
Arnesius fœlicitatem.



ùm Deo nihil sit amabilius,
Rex Christianissime, & lege
sua sanctius, opus me generi
humano charissimū præstitif-
se scio, quo de virtute & na-
tura legis diuinæ & humanæ dissero, & di-
uinæ excellentiam patefaciens, suprâ omnes
mundi leges eandem hoc meo verbo, vt di-
gnum est, extollo. Quod hoc præcipuè tem-
pore facere operæpretium duxi, quo Deus
ipse creator noster non satis bene colitur, &
sancta sua lex non ritè obseruatur, contem-
nitur. Porro præclarissima illa res est & bono
homine digna, in eo elaborare & præcipuas
animi vires locare, si de sacra Dei lege, & se-
cura altera societatis nostræ humanæ cōser-
uatione ineunda bene quis dicat. Quæ duo
integrū vitæ nostræ officium continēt: Quæ
eadē hoc meo libro definio. Quod cū com-
muni hominum salutem valde profuturum ve-



ROBERTI ARNESII
 DE NORMANVILLA DE IVSTI-
 TIA DIVINA ETHVMANA VTRIVS-
 QUE ORIGINE AC PROGRESSV, VIR-
 TVTE ET LAVDIBVS IVSTITIÆ ET
 legum omnium mundi
 Liber.



Maximam rem aggressus ac laudabilem de Iustitia diuina & humana, virtute & laudibus eiusdem, & omnium mundi legum dicturus, duobus propositis, illud unum cum omnibus commune habeo, piam, iustam ac laudabilem esse instituti mei rationem: Quod paratiores mihi ad dicendum parato vires addit. Alterum est quo summam eloquentiæ virtutem elegantemque dicendi facundiã dari mihi multum exoptem, qua tantæ rei propositæ argumentum venusto dicendi genere persequi, digna prosequi laude, in optimum eiusdem laudatæ amorem ac amplexum homines bonos concitare possim. Magnum enim & arduum est opus quod aggredior, verum faciam quod potero, communi hominum humanitati aliquantisper confisus, optimum ac

A iij

